

TOLEDO (Archidiócesis)

[Proprium Officii]

Officium S. Ildefonsi Archiepiscopi
Toletani et confessoris : duplex II
classis, cum octava. – [S.l.] : [S.n.],
[s.a.]

4 p., *2 ; 12°

Texto fechado en 1726. – Texto a dos
tintas y a dos col.

1. Breviarios 2. Brebiarioak I. Iglesia
Católica II. [Proprium Officii] III.

Título

R-6845

O F F I C I U M

S. ILDEFONSI
ARCHIEPISCOPI TOLETANI
ET CONFESSORIS.

DUPLEX. II. CLASSIS, CUM OCTAVA.

DIE XXIII. JANUARI.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis præter ea, quæ sequuntur.

Oratio.

DEus, qui per gloriosissimam Filii tui Matrem beatum Ildefonsum Confessorem tuum, atque Pontificem misso de thesauris cœlestibus munere decorasti: concede propitius, ut per ejus preces & mérita, mûnera capiâmus æterna. Per Dôminam nostrum.

Omnes Lectiones ut in proprio Sanctorum Hispanorum.

DIE XXIX. JANUARI.

Septima die infra Octavam sancti Ildefonsi fit de sancto Francisco Salesio ut in Breviario Romano cum Commemoratur. Octavarum S. Ildefonsi ut in primis Vesperis, & S. Juliani ut in secundis Vesperis. *ψ. Elégit eum.*

In secundis Vesperis à Capitulo fit de die Octava sancti Ildefonsi, ut in primis Vesperis Festi cum Commemoratione S. Francisci Salesii

& sancti Juliani. *Ant. Eugeferve. ψ. Elégit eum. r. Ad sacrificandum.*

DIE XXX. JANUARI.

In Octava S. Ildefonsi, duplex, omnia dicuntur ut in die festi, præter Lectiones, primi Nocturni, quæ dicuntur de Scriptura occurrente, & secundi, & tertii Nocturni, quæ dicuntur ut infra, & festum S. Martinæ transferatur in alium diem.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Gregorii Papæ.

Lectio iv.

Part. 2. Pastoral. cap. 1.

Tantum debet actionem populi actio transcendere præsulis, quantum distare solet à grege vita pastoris. Opórtet namque, ut metiri se solícitè studeat, quanta tenendæ rectitudinis necessitate contringitur, sub cujus æstimatione populus grex vocatur. Sic ergo necesse est cogitatione mundus, actione præcipuus, discretus in silentio, utilis in verbo, singularis

gulis compassiōne prōximus, ad aliēna capiēda non dū-
 prae cunctis contemplatiōne citur, sed prōpria largitur.
 suspēsus, benē agētibz per R. Pōsui adiutorium super
 humilitatem sōcius, contra potentem, & exaltavi elēctum
 delinquentium vitia per zelum de plebe mea: * Manus enim
 justitiæ erectus, internōrum mea auxiliabitur ei. †. Invé-
 curam in exteriōrum occupa- ni David servum meum, oleo
 tiōne non minuens, exteriō- sancto meo unxi eum. Manus.
 rum providētiā in inter- Lectio vj. *Ibid. cap. 8.*
 nōrum sollicitudine non re-
 linquens.

R. Invéni David servum
 meum, oleo sancto meo unxi
 eum: * Manus enim mea
 auxiliabitur ei. †. Nihil pro-
 ficiet inimicus in eo, & fi-
 lius iniquitatis non nocēlit
 ei. Manus enim.

Lectio v.

Part. 2. Pastoralis,
cap. 9. & 10.

Considerandum quoque
 est, quia cum curam pō-
 puli elēctus præsul sūscipit,
 quasi ad ægrum medicus ac-
 cēdit. Si ergo adhuc in ejus
 opere passiōes vivunt, qua
 præsumptiōne percūsum me-
 dēri prōperat qui in facie vi-
 nus portat? Ille modis omni-
 bus debet ad exēplum benē
 vivēdi pētrahi, qui cunctis
 carnis passiōibus mōriens jam
 spiritaliter vivit: qui prōpera
 mundi postpōnit, qui nulla
 advērsa pertimēscit, qui sola
 intērna desiderat: cujus inten-
 tiōni benē cōgruens, nec
 omninō per imbecillitatem
 corpus, nec valdē per contu-
 māciam repūgnat spiritus: qui

Undē ipsum quoque Epif-
 copatus Officiū boni
 ōperis expressiōne diffinitur,
 cum dicitur: Si quis Episco-
 pātum desiderat, bonum opus
 desiderat. Ipse ergo sibi testis
 est, quia Episcopātum non
 appetit, qui non per hunc bo-
 ni ōperis ministērium, sed
 honōris glōriam quærir. Sa-
 crum quippē Officiū non
 solum non diligit omninō, sed
 nescit qui ad culmen regimi-
 nis anhelans in occulta medi-
 tatiōne cogitatiōnis ceterō-
 rum subjectiōne pascitur, lau-
 de prōpria latatur, ad honō-
 rem cor elevat, rerum af-
 fluētiū abundantia exultat.
 Mundi ergo lucrum quæritur
 sub ejus honōris spēcie, quo
 mundi destrui lucra debuerant.

R. Ille est qui ante. lx.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii se-
 cundum Matthæum.

Lectio vij. *Cap. 5.*

In illo tempore: Dixit Je-
 sus discipulis suis: Vos
 estis sal terræ: quod si sal
 evanuerit, in quo salietur.
 Et reliqua.

Homilia sancti Joannis
Chrysostomi.*Ex Homilia 15. in Mattheum.*

Luceat lux vestra: hoc est, plurima in vobis sit virtus, ac maxime ingens illius accendatur ignis, & ineffabile omnino lumen effulgeat. Quando autem tam magna virtus fuerit & clara, latere non poterit, etiamsi mille illam contigere velit modis ille qui possidet. Bene autem ait, Lumen: nihil est, quod sic hominem faciat insignem, atque conspicuum, etiamsi magno ambitu optet latere, ut splendor iste virtutis. Sicut enim ipso sole circumdatus, ita utique clarus effulget, nec in terram solummodo rutilatus propriae virtutis emittit, sed supra ipsum etiam coelum proprio fulgore radiabit.

Amavit eum Dominus, & ornavit eum, stolam gloriae induit eum: * Et ad portas paradisi coronavit eum. Induit eum Dominus loriscam fidei, & ornavit eum. Et ad.

Lectio viij.

Hic itaque illos uberius consolatur. Et si, inquit, maledicta in vos audientes dolentis: habetis tamen plurimos, quos ad amorem, atque admirationem Dei, vestro adducatis exemplo. Tunc enim multi erunt omnino mi-

ranter non utique vos tantum, sed per vos etiam Patrem vestrum. Nec dixit, Deum, sed Patrem; conferenda illis nobilitatis prerogativam hoc jam nomine largiendo. Considera, quantum istiusmodi sit commodum, quantum etiam discrimen. Si enim vitiis sordeamus, etiamsi nobis nullus obtraheret, erimus omnibus miseriores. Si vero virtutibus splendere curemus, vel si totus mundus contra nos maledictis voluerit personare, erimus omnium beatissimi, atque ad nos trahemus omnes, qui venire elegerint ad salutem. Omni quidem tuba documenta sunt operum clariora, vitaeque munda, ipsa est luce fulgentior.

In medio Ecclesiae aperuit os ejus, * Et implevit eum Dominus spiritu sapientiae, & intellectus. Jucunditatem, & exultationem thesaurizavit super eum. Et. Gloria Patri. Et implevit.

Lectio ix.

*Ex Homilia 16. in Matt.
post initium.*

Non veni solvere legem, sed implere. Legem vero non uno tantum, sed altero, & tertio implevit modo. Uno quidem, quia nihil ex legitimis ipse transgressus est; alio vero, quia per nos quoque id ipsum facit, quod Paulus signifi-

Officium S. Ildefonsi Archiepiscopi Toletani.

significando dicebat : Quomodo enim illa per litteram non potuit, hoc per fidem ipse conficit. Si vero aliquis diligenter examinet, aliam quoque tertium modum impletæ ab eo legis inveniet. Quem vero istam? Ipsa utique præcepta, quæ erant daturus : non enita interitus priorum, sed aug-

mentum potius, & complementum erant ea, quæ dicebantur à Christo. Illius quippe sententiæ, qua dicitur, Non occides, non interemptio, sed adimpletio magis, atque munificio est, dicere, non irascaris; omniumque similiter ceterorum. Te Deum laudamus. 118. In Laud. fit Comm. Octavae S. Juliani ut in j. Vesperis.

TOLETANA.

AD enixas Archiepiscopi, humillimasque preces Capituli Ecclesie Primatialis Toletanae, aliorumque Capitulorum Ecclesiarum Hispania pro extensione Officii & Lectionum propriarum sancti Ildefonsi, Archiepiscopi Toletani ad Ecclesiam universalem, Sacra Rituum Congregationi porrectas, easque per Eminentissimum & Reverendissimum Dominum Cardinalem Belluga relatas, Sacra eadem Rituum Congregatio tam in scriptis, quam in voce, Reverendissimo Prospero de Lambertinis, Archiepiscopo Theodasia, Fidei Promotore prius audito, supradictum Officium ab omnibus Sacularibus, & Regularibus utriusque sexus, qui ad Horas Canonicas tenentur in cunctis Regnis, ac Dominiis Serenissimo Hispaniarum Regi Catholico subiectis tantum sub ritu secunda Classis cum Octava in festo ipsius Sancti in posterum recitari posse censuit. Et in reliquis respondi dilata; si Sanctissimo Domino Nostro visum fuerit. Die 25. Maii. 1726.

Factaque deinde per me Secretarium de predictis Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas sua benigne annuit. Die 24. Junii ejusdem anni 1726.

C. Card. de Marinis Præfectus.

Loco + Sigilli.

N. M. Tedeschi Archiepiscopus Apamenus, Sacra Rituum Congr. Secret.